Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



112
178
179

et hostie offeruntur que non possunt iuxta ⁊ stam
ptorum facere sententiam solummodo in cibis et in
potibus et varijs baptismatibus et iustitijs carnis
usq; ad tempus correctionis impositus. Christus autem
assistens pontifex futurorum bonorum per amplius
et perfectius tabernaculum non manufactum id est
non huius creationis. neq; per sanguinem hircorum et
vitulorum sed per proprium sanguinem introiuit semel in
sancta etiam redemptione inuenta. Benedicite omnes gentes et collaudate eum omnes populi. Quoniam
confirmata est super nos misericordia eius ⁊ veritas domini manet in eternum. Gra

In illo tempore. Dixit dominus iesus turbis si
militudinem hanc. Arborem ficus habebat quidam plan
tatam in vinea sua. et venit fructum quaerens in
illa et non inuenit. Dixit autem ad cultorem vineae.
Ecce anni tres sunt ex quo venio quaerens fructum
in ficulnea hac et non inuenio. Succide ergo illam. ut
quid etiam terram occupat. At ille respondens. dixit illi
Domine dimitte illam et hoc anno. usq; dum fodiam
circa illam. et mittam stercora. Et si quidem fecerit
fructum. sin autem in futurum succides eam. Erat autem
docens in synagoga eorum sabbatis. Et ecce mulier
quae habebat spiritum infirmitatis annis decem et octo. ⁊
erat incurvata nec omnino poterat sursum respicere
Quam cum vidisset iesus vocauit ad se et ait illi. Mu
lier dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit
illi manus. et continuo erecta est. et glorificabat de
um. Respondens autem archisynagogus indignans quia
sabbato curasset iesus. dicebat turbae. Per dies sunt
in quibus oportet operari. In his ergo venite et cura-

13 Lucam